



Bibliographische Daten

Titel: Rector Universitatis Altdorphinae Ludovicus Jungerman Medicinae
D. & Professor Puplicus &c. Civibus Academicis S. P. D.
Ersteller: Ludwig Jungermann
Signatur: Will. V. 763. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

RECTOR
VNIVERSITATIS
ALTDORPHINÆ

LUDOVICUS JUNGERMAN MEDICINÆ D.
& Professor Publicus &c.

CIVIBUS ACADEMICIS

S. P. D.

Maria vox est illius, qui apud Boëthium De Consolat. Philosoph. lib. IIII. Prosâ VIII. nescio quem filios invenisse tortores, indignabundus increpat. Sunt enim liberi Donum Dei, vel præstantissimum. Verum enim vero id ipsum donum, ut cætera ferè mortalium bona, peccatis nostris in tormentum plærunque vertit. Eapropter olim Euripidem illud non sine assensu CAVÆ exceptum fuit, CARENTEM LIBERIS IPSO INFORTUNIO ESSE FELICEM. Hoc verò quale sit, tunc potissimum miseri intelligunt parentes, sic ubi liberis suis orbantur, id est, quum partem suorum viscerum à sese avelli distrahiquè summo cum dolore cruciatuquè sentiunt. Quo quidem infortunio nunc cùm maximè ictum sese sentit gemituquè humanissimus doctissimusque vir Dn. M. JOHANNES FIGULUS Scholæ opidanæ Moderator: cuius filiola DOROTHEA ROSINA nudiustertius inter quintam & sextam vespertinas defuncta, præmaturo obitu spei parentum, quam de longiore ejus in his terris vitâ conceperant, veluti decoxit. Cæterum cum illâ quidem benè feliciterquè æctum est, quæ citò in integrum restituta, miseras hasce reliquit, & in beata illa loca subvolavit; minimumque hujus vitæ malorum veluti gustum hausit, nondum septennio ætatis plenè completo in cœlum recepta. Siquidem hanc lucem primitus anno hujus sæculi septimo & vicesimo, die 30. Julij aspexit, postridiequè è Sacrosancto Lavacro à nobili lectissimaque virgine DOROTHEA ROSINA HEIGILINA, nunc Dn. AUERI conjugé, suscepta fuit. Nos verò iis quorum interest ~~concupiscentiam~~ Christianam declaraturi, præsentia nostrâ funus, quod hodie post 12. meridianam deducetur, frequentes cohonestabimus, eoquè officio fletum parentibus moestissimis pro virili absternum ibimus. Quod quidem ut faciant, cives nostræ Universitatis, quibuscunq; commodum est, etiam atque etiam hortamur. B. V. P. P. Altdorfij XI. die Julij, Anno Christi M. D C. XXXIIII.

ALTDORPHI, Typis BALTHASARIS SCHERFFI Universitatis Typographi.